Quelle: https://manuscripta.at/?ID=308
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



De hinc te potestate gliscit. An tu potentem censes quem uiteas uelle quod non possit efficere?
Potentem censes qui satellitum latus ambit. Quos tenet ipse plus metuit. Qui ut potens esse uideat in seruientium manibus situs est.
Nam quid ego de regum familiaribus disseram cum regna ipsa tantae imbecillitatis plena demonstrem. Quos quidem regna potestas sepe in columis sepe autem lapsa prosternit. Nero seneca familiarem preceptorem matrisque suum ad celerem mortis arcessit arbitrium. Pampinianus uero dum inter aulicae potentiam militum gladius Antoninus obiicit. Atque uiteri potentiae sue renuntiare uoluerunt. Quorum seneca opes etiam suas tradere necessitatis secum in otium confert conatus est. Sed dum natura mores ipsa trahit neutri quod uoluit effecit.
Hic est igitur ista potentia quam petere sanctum habentes. Quam nec cum habere uelis tutus es. et cum deponere cupias uitare non possis. An presidio sunt amici quos non uirtus sed fortuna conciliat. Sed quae felicitas amicum facit infortunium facit inimicum. Quae uero pestis efficacior est ad nocendum quam familiaris inimicus?

Qui se uolet esse potentem
Animos domet ille ferocis.